



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 19. Iudices saeculares, qui se interponunt in causis capitalibus, seu
criminal. contra Ecclesiasticas personas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

Incurrunt hanc imponen-
tes. Accipientes quoque etiam
à sponte dantibus. Illud dici-
tur sponte datum ad effectum
incurrendi hanc censuram,
quod sine alia speciali vi, aut
coactione, præter exactionem
seu impositionem communem
datur. Hæc enim dicitur suf-
ficiens vis, & coactio ad in-
currendam hanc censuram.
Si autem omninò absoluta, &
libera voluntate donandi ali-
quid daretur, non diceretur
vetitum hic accipi. Quod ta-
men in praxi rarò contingit.

S. 19.

Judices seculares, qui se in-
terponunt in causis capita-
libus, seu criminal. contra
Ecclesiasticas personas.

Item excommunicamus, &
anathematizamus omnes, &
quoscunque Magistratus, & Ju-
dices

IN COENA DOM. 423

dices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus, contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa huius S^{an}c^te Sedis Apostolicæ licentia quicquid eiusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt vel alias illa perperam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Consiliarij, Senatores, Præsidentes Cancellarij, Vicecancellarij aut quouis alio nomine nuncupati.

Quomodolibet. Per hoc verbum, incurritur hæc censura, etiam si civiliter agatur seu procedatur in causis capitalibus contra Ecclesiasticos.

Non

Non incurrunt, quando in
 ciuilibus se interponerent .
 quia Bulla loquitur tantum
 in criminalibus . Vnde , si
 Iudex laicus iubeat , Clericū
 debitorem fugientem capi . vel
 si in fragranti crimine inue-
 nitur , detineretur ab eius sa-
 tellitibus ad sistendum eum
 suo Prelato , non incurreret
 hanc censuram . Nec , qui
 procederet contra Clericum
 in minoribus , qui dimisso ha-
 bitu , deliquisset enormiter .

Caueant tamen Iudices se-
 culares ab excommunicatio-
 ne , quæ supra fertur contra
 eos qui trahunt ad suum tri-
 bunal Ecclesiasticas personas
 præter casus à iure concessos .

§. 20.

Occupantes bona , aut terras
 Ecclesie Romanae & illius iu-
 risdictionem vsurpantes .

Item